

Tractatus X. Caput IV.

taciturnitate utriusque partis colonum reconducuntur & videantur, ita accipendum est, ut in ipso anno quo tacuerunt, videantur eandem locationem renovasse, non etiam in sequentibus annis, & si iustitia forte ab initio fuerit conditio prestitum. Sed & si secundo quoque anno post finitum iustum nihil fuerit contrarium actum, eandem videbit locationem illo anno permanuisse, hoc enim ipso quod tacuerunt, consensisse videtur, & hoc deinceps in uno quoque anno observandum est. In urbanis autem prædiis alio iure utimur, ut prout quisque habitaverit, ita & obligetur, nisi in scriptis certum tempus conductione comprehensum est. Ex qua lege etiam illud habetur, quod fidejussionis obligatio per hujusmodi tacitam prorogationem conductoris poterit animum continuandi probabilitate conjiceret.

560. Sed quantum temporis debeat durasse tacitus consensus, ut habeat vim novam locationis, non est in iure definitum, adeoque ad judicis arbitrium spectabit, qui ex circumstantiis poterit animum continuandi probabilitate conjiceret.

Ex eadem lege constat, hujusmodi tacitam prorogationem etiam habere locum in prædiis communitatibus & Reipublica. Ad hoc tamen requiriunt scientia & patientia eorum, qui talia prædias ex officio administrant, & ad quos elocationis spectat.

Potò, cùm lex hæc loquatur de solis prædiis, inde cum glossa colligitur D. talen prorogationem non habere locum in rebus mobilibus aut se moventibus elocatis, nisi ex circumstantiis colligeri possit conductor, locatorem non esse invitum, ut res pro iterum conducta habeatur. Unde & usus receptum est, ut qui conductus equum ad aliquem locum, & sciente domino equum redaxit, fed statim ad aliud iter se accingit, sciente & paciente locatore, censetur contensus; nec poterit puniti ductus equum revocare, sed debet expeditare, donec iter ceptum finitum fuerit.

Prorogata locatione per tacitum consensum, etiam pignora manent obligata. l. 16. C. h. ibi. [Sin autem tempus, in quo locatus fundus fuerat, sit exalatum, & in eadem locatione conductor permaneatur, tacito consensu eandem locationem unum cum vinculo pignoris renovare videtur.] Et hæc de prima parte tituli, nempe tacita prorogatione. Quod secundam partem.

561. QUÆRITUR. An si res v. g. Petro locata, & finitâ locatione, deinde item elocanda est, habeat Petrus jus prorogationis.

DICENDUM est 1. Respectu rei privatæ non habere jus prorogationis, etiam si majus pretium offerat, sed posse libere cui voluerit dominus, r. e. locare. l. 32. C. h. quod intelligentius, nisi alterius

conventum esset. [Ne cui licet, qui aliquā dominum alienam vel locum, aut ergasterium (est officina opificum, vel taberna pro meritis vendendis) nomine conductionis accepit, alteri, qui post eum dominii voluntate ad eandem conductionem accedit, item inferre, quas rem illicitam aut agenti damnosam tentaverit: sed patere facultatem dominii domos suas vel ergasteria vel loca, cui voluerint locandi, ipsi nihilominus qui conduxerint, ab omni super hoc molesta liberis conservandis. nisi forte paclla per scriptam specialiter inita cum dominis, vel cum his qui postea conduxerint, legibus videlicet cognita, agentis intentionibus suffragentur]. Quod requiratur scriptura, non videatur esse de substantia, ut supponit glossa Gotifredi.

562. DICENDUM 2. Habere hujusmodi jus prorogationis in prædiis communibus, aut Fisci, dummodo idem pretium, quod aliud offert, solvere velit. l. 4. C. de Locat. prædi. civil. [Congruit aequitati, ut veteres possessores fundorum publicorum novis conductoribus præferantur, si facta per alios augmenta suscipiantur.

CONTROVERSIA XXI.

De Operæ Personalis conductione: ubi de Famulorum Mercede, seu Salario.

S U M M A R I U M.

A conductor teneatur ad totam mercedem, si defensum uti opera conducti. 563. An discedens famulo ante finitum tempus, debetur pro rata temporis salarium. 565. & seq. Quidam per notabile tempus fuerit morbo impeditus. 567.

Intelleximus legis l. §. 13. ff. de variis & extraord. 568.

An dominus teneatur ad expensas extraordinarias pro curatione famuli. 569.

An famulus teneatur supplere tempus neglectum. eod.

Quanam confenda justa merces famulorum. eod.

563. QUÆRITUR 1. Si aliquis opera quod certum tempus certa mercede conducta est, deinde vero qui conductus operarium, non indiget forte eius opera, vel ex alia causa à se proveniente non uitetur illius opera ad aliquod tempus, an operarius conductus debeat de mercede remittere pro rata temporis residui.

P. Diana 10. 2. 17. 6. Miscell. resol. 14. docet, excusari conductorum à mercede solvenda, si operarius ab eo tempestivè monitus, potuit se alii locare, & noluit, vel si non potuerit alium conducto-

Contr. XI. De Famulorum mercede.

ductorem invenerit, si a priori non fulset conductus. Ratio hujus opinionis est, quia in tali causa conductor non est causa iactura mercedis, sed vel ipsi operarius nolens se locare alii, vel defectus corum qui illi operi indigent.

564. Communis tamen est & recepta sententia, quod Conductor per se loquendo teneatur ad totam mercedem, si per operarium non sit, quoniam usus opera natura negre alteri operari locavit, mercedemque accepit. Ita habetur fatus expresse l. 19. §. 9. ff. h. t. f. Cum quidam exceptor (id est liberarius qui describit) operas suas locavit, deinde is qui eas conducterat, decolliserat. Imperator Antoninus cum D. Severo rescriptis ad libertum exceptoris in haec verba. Cū per te non stetisse proposa, quoniam locatas operas Antonio A quæ solveres, si eodem anno mercedes ab alio non acceptipi, siem contractus impleri aequali est.] Secundum doctrinam P. Diana dicens & addere debuisse Imperator: [nec etiam alteri operam locare potuisse.] Item l. 38. ff. eod. [Qui operas suas locavit, tortus temporis mercedem accipere debet, si per eum non steri, quoniam operas præstet.] Rationem reddit Rebello. Quia operatus nullo jure iustitia obligatur ad gerendum conductoris negotium in inquietudo alio conductore; ergo per accidentem cedit illius commode, quod possit etiam ostendendo mercedem lucrari. Neque de hoc potest conqueri Conductor: nam huius fortunæ in ipso contractu se commitit, sicut econtra operarius etiam se obligavit, & mansuet obligatus ad laborandum pro designata mercede, etiam in inquietudo alium conductorem, qui mercedem duplicasset. Hinc facilis est responsio ad fundamentum Diana, nam eto ipse sit causa cur ab alio non acceptipi mercedem, non est tam in causa, cum non accipias à conductore primo, quem debet fibi obligari, nec tenetur alium sibi in eis locum subrogare.

565. QUÆRITUR 2. Si famulus ante lapsum integræ temporis ad quod conductus est, discedat, debeat illi solvi merces temporis quo servitur. Et econtra, si dominus illum repellat, debeat illi solvi etiam pro residuo. Quod ad primum membrum Joannes Azor p. 3. l. 8. c. 13. de Locat. quest. 6. docet, famulam totam mercedem amittere, eo quod debito famulari dominum fraudet.

Vnde, inquit, solent esse leges Principum, vel statuta civitatum, ne quis in famularum admittant eum, qui à priori domino recesserit. Item ut huiusmodi famulus integrum mercedem amittat. Interfessus enim Reipublica, ne famuli pristini dominos defraudeant, & ne ab aliis heris admittantur, nisi cognitæ & probata causa talis desertio. Ita Azor. Quod attrinet ad hujusmodi leges vel statuta, cum sint penales, non obligant ante iudicis sententiam: ante quam non tenetur famulus acceptare mercedem restituere, si fideliter servivit præcedente Christ. Haun. de Just. Tom. IV.

tempore, neque suo discensu aliud dannum causet præter carentiam sui famulatus, nam si aliud dannum per accidentem inde domino sequeretur, juxta quantitatem danni feciti teneretur famulus, quod potest esse min⁹ vel magis mercede debita, & ideo hinc non potest statim inferri, quod amittat totam mercedem. Quæsto præcis procedit, quid sit de lege naturæ, & scilicet per acto expiatio, de amittenda rota mercede per intemperiu[m] recessum, sicut econtra de solvenda tota mercede per intemperiu[m] dimensionem & quo jure

566. DICENDVM est, esse famulo solvendam mercedem pro tempore præterito: quia ejus famulatus quod valorem est illi proportionatus. Si tamen haec causa recolliserit, tenetur redire ad dominum, & satisfacere contractui ex integro, aliquin peccat contra iustitiam, & tenetur, ut dictum a iure inter se domino. Si tamen dominus eum noller recipere, eò quod ipse recessus est quodammodo in dominum commissus, non minor illa quæ sufficit ad repellendum, non teneretur recipere.

Iure Bavaroico habetur de hoc puncto L. R. tit. 33. art. 2. Si famulus aut ancilla discedat ante terminum, prætendens causam, easque per testes probans, tenetur Dominus ad integrum mercedem solvendam, si vero non prober, totam mercedem amittit. Et art. 3. agitur de eo condemnando ad intercellæ, & nisi redat ad dominum, incarcero, &c.

Quoad secundum membrum constat ex spiritu dictis, quod si dominus eum dimittit sine iusta causa, nec famulus aliunde consequitur residuum mercedis, locando operam alteri, debet dominus solvere totam mercedem: quia per famulum non steri, quoniam dominus ejus operari propter sui residuo tempore, ut autem uteretur, & mercedem solvere, seu brevius, ut mercedem accipendi non esset impedimento, ius accipit famulos.

567. QUÆRITUR 3. Si famulus ad aliquod notabile tempus morbo impeditus non potuerit famulari, an nihilominus habeat jus mercedem amittere. Affirmant plures: sed adhuc plures negant, quos refert & sequitur Diana de Contract. resol. 86. & Hugo n. 18. quod verum est, nisi famulatus confiteretur in talibus obsequiis, ut posset intra reliquum tempus quod neglectum erat, compensari, & defacta compensetur extraordinarij labore. Probatur à paritate alterius rei locata: eujus usus si ad aliquod tempus, etiam cum impediatur, pro rata temporis merces non deberet, ut supra dictum, & jurisbus comprobatur illi. Quod ultrius confirmari potest ex lege 15. de Advocatis diversorum Judiciorum: ubi tanquam speciale privilegium & favor conceditur advocate fiscalibus, ut salarium totius anni intra quem moriuntur,

tar, hereditibus perfoluntur. [His quoque illud adjicendum esse statuimus, ut si quis patroni fiscalis adeptus gradum, fatalem diem obierit, universitatis anni solita, ex quo hoc item officium peragere caperit, ad haredes, seu successores iros, live liberi sive extranei fuerint, transmittendi tam ex testamento, quam ab invento liberam habeat facultatem.] Ergo per argumentum à contrario alii non debentur.

568. Objici tamen possit ex lego 1. §.13. ff. de variis Extraord. cognit. ubi videtur id ipsum de aliis advocatis statutum. [Divus Serverus ad haredibus advocati mortuo eo prohibuit mercedem reperi: quia per ipsum non stetatur, quoniam uis caufam ageret.] qz. Non esse sensum, quod ipsum non stetatur ratione moris supervenientis, sed ex culpa vel causa clientis: quod bene colligit Lugo ex plurquam perfecto: Seterat.

569. QUÆRITUR 4. Utrum Dominus saltem tenetur ad expensas necessarias pro curatione famuli. Affirmat Azor. Sed redivi salu, quos sequitur Diana & Lugo, negant deberi ex rigore iustitiae. Quamvis, si illos causant, nisi alius moneat, cœlentur ex charitate & liberalitate donare, ac proinde non possunt harum intuitu mercedem minuere, nisi famulus consenserit, qui forte minoribus expensis contentus fuisset.

QUÆRITUR 5. An si famulus agravavit v.g. per menla, tenetur vi contractus familiarum deinde per mensem ultra terminum confituum continuare, sic implear tempus, quod a principio contractus fuerat determinatum, v.g. annum. g. Negativè. Nam contrahebent intentio, non se extendebat nisi ad annum à die contractus, v.g. à Festa Purificationis usque ad festum Purificationis, & ita haber praxis, sicut in locatione aedium observatur, etiam si per aliquam temporis partem eorum usus fuerit impeditus.

De justa familiarum mercede ex regulis generalibus judicandum est, & in praxi obseruantur, illam esse justam, que à simili conditionis hominibus solvitur, neque ea sine iniustitia minus potest (in quo aliqui solidam retum administratores quandoque delinquunt) quando famulus se remittit eorum arbitrio, forte quia non habet noritram, aut quia non est nunc alius qui cum conductat, & tamen oneratur iisdem laboribus, quibus alii prius onerabantur, & forte duplicitam mercedem exigebant.

570. Quodlibet hic incidens moveri potest: quandoquidem onus probandi culpam locatori incumbit, si Locator in probatione deficiat, an properca statim absolvendum sit conductor. Et quidam lute communis non est dubium esse absolvendum, juxta regulam, quod actionem probante, reus, est nihil praetiterit, sit absolvendum.

571. Iure Bavario tamen aliquid est singularis: quo nimis confituum est, ut reus, id est conductor se purgare debeat vel per teles, vel his deficientibus, per juramentum. L. R. tit. 17. a. 6. Si ex circumstantiis nascitur dubium,

CONTROVERSIA XXII.

De Actionibus Locatori & Conductoris competentibus.

S U M M A R I U M .

A D quid competit Locatori actio locati. 570.

Iure Bavario incumbit Conductoris purgatio. 572. Locatori competit aliud remedium ex l. 10. C. unde vi 573.

Convenit etiam actio Serviana. 574.

An requiratur conventio & hypotheca expressa. 575.

Intellexus legis 3. ff. in quibus caus. pig. 576.

Datur actio quæsa Serviana. & ha sunt pretoria. 577.

Conductoris datur actio conductoris. 578.

570. Locatori ex hoc Contratto specialiter competit Actio Locati. ejusque haredi adversarii conductori, ejusque haredem, ad hoc maxime tendens, ut merces una cum uisus post moram solvatur: ut habetur pr. Inst. h.t. ibi. [Et competit Locatori quidem locati actio: conductori vero conducti. & l. 17. C. eod. Praeses provincie ea que ex locatione debentur, exsolvi sine mora curabit, non ignarus ex locato & conductori actione, cum sit bona fides, post moram uirtus legitima admittetur.] Deinde Locator haec actione peccati rem locatam restituji: quamvis ad hoc etiam rei vindicatione agere possit. Denique hac actione petit, ut res locata deterior facta reficiatur, & omnia damna, que conductor ex levi culpa inuitit, refundantur. l. 29. C. b. t. [Cum conductori actio quæsa suscepit integræ, desfruixisse proposuit, hac etiam haredes ejus præses provincie instaurare adficiorum inter hos habitatione ratione jubebit.] Et alii iuribus sup. adducunt, cum ageretur de culpa à conductori prestandi, cum locatores eum auctoritas nihili persuaderet, hanc sententiam hodi in Iudicis observari: quamvis non existimat, cum satis solidè probati ex §. 7. I. de act. ibi. Servianæ autem experitur quis de rebus coloni, que pignoris Iure pro mercedibus fundi ei tenentur.

Quodsi utrinque sunt æquales probationes, tunc juramentum etiam de lute communi, defendum est reo, nisi qualitas persona actoris aliud exigeret. Sed hoc non spectat ad præsentem materiam, sed ad tr. de Iudicis.

573. Præterea convenit Locatori remedium utilissimum adversus conductorem nolentem restituere rem locatam ex lege 10. C. unde vi & sic habet. [Non ab re est, quod maximum possit possit, & in talita hypotheca fundari. & ideo hunc g. adversarii aliqui pro se affuerint, ut videre licet apud Harpprecht. Sed neutrī parti multum faverit, quia intelligendus est, de rebus obligatis modo, quo iura permittunt obligari: Ergo præscindit, ab hypotheca tacita & expresa, nec hoc voluit Iust. in Institutionibus, quæ tyronibus scripta sunt, resolvere.

Melius probatur ex §. 3. I. de Interdictis, ubi de Interdicto Salviano ad ipsam possessionem dicitur: Eoque utitur Dominus fundi de rebus coloni, quas is pro mercedibus fundi pignori futuras pepergit. Neque refert, quod loquatur textus non de Serviana, sed de Salviano Interdicto: nam inter haec non est discribens defundendum expigere tacito, vel expreso (nam in eodem fundatur) sed discribens est in eo, quod Interdictum Salvianum sit Remedium possessorum, adeoque ob faciliores probationes possessorum, quam dominum i consuls intenterit, quan actio Serviana, que est remedium petitorum, & qui eam intentat, gravatur quandoque probare dominum esse penes conductorem, vel faltem quod res fuerint in bonis ipius, & eas ut suas posse.

Contr. X XII. De Actionibus competentibus.

181

non solum rem locatam, sed etiam estimacionem ejus viæcristi parti ad similitudinem invafitis alienæ possessionis præbere compellantur.]

574. Denique Locatori convenit Actio Serviana, de qua habeatur §. 7. Inst. de actionib. ibi. Servianæ autem experitur quis de rebus coloni, que pignoris Iure pro mercedibus fundi ei tenentur. Hinc verò

Controversia gravis nascitur inter Turcconsultos, an ad hoc ut huius actioni locus sit, requiratur expressa conventione, ut res illate in prediū rusticum sint oppignorate.

Communis antehac erat sententia, veterum maximè auctoritate comprobata, quod sufficiat, sciente & consentiente locatoro fuisse illata, & hoc modo sufficienter dari discriben inter predia rusticæ, & urbana, quod illata in predia urbana etiam ignorantie locatoro sint oppignorate. Ita doctorum Accursius, Angelus, Zafius, Isidorus, Schneiderwein, Negazarius, Salicetus, Sichardus, Schraderus, Treut. Hunnius in eund. quibus ex Theol. accedit Molina, prout resiliūt. Contr. 19.

575. Contra tamen opinio, requiriens hypothecam & conventionem expressam, tenente moderni communiter, quos refert & sequitur Harpprecht in §. 7. Inst. de act. & novissime secutus est Georg. VVidman: sed accusat cœtus Arnoldus Rath in thesibus de actionib. n. 16. cuius auctoritas nihili persuaderet, hanc sententiam hodi in Iudicis observari: quamvis non existimat, cum satis solidè probati ex §. 7. I. de act. ibi. Servianæ autem experitur quis de rebus coloni, que pignoris Iure pro mercedibus fundi ei tenentur. Nullum enim verbum est, quo expressa conventione requiratur: quin potius videri possit contrarium supponere: & in talita hypotheca fundari. & ideo hunc g. adversarii aliqui pro se affuerint, ut videre licet apud Harpprecht. Sed neutrī parti multum faverit, quia intelligendus est, de rebus obligatis modo, quo iura permittere obligari: Ergo præscindit, ab hypotheca tacita & expresa, nec hoc voluit Iust. in Institutionibus, quæ tyronibus scripta sunt, resolvere.

Melius probatur ex §. 3. I. de Interdictis, ubi de Interdicto Salviano ad ipsam possessionem dicitur: Eoque utitur Dominus fundi de rebus coloni, quas is pro mercedibus fundi pignori futuras pepergit. Neque refert, quod loquatur textus non de Serviana, sed de Salviano Interdicto: nam inter haec non est discribens defundendum expigere tacito, vel expreso (nam in eodem fundatur) sed discribens est in eo, quod Interdictum Salvianum sit Remedium possessorum, adeoque ob faciliores probationes possessorum, quam dominum i consuls intenterit, quan actio Serviana, que est remedium petitorum, & qui eam intentat, gravatur quandoque probare dominum esse penes conductorem, vel faltem quod res fuerint in bonis ipius, & eas ut suas posse.

possedit: in Interdicto autem Salviano non tenetur actor probare plus, quam res sufficiat iudicatore possellas & illatas in predium; ut tractat Myninger ad §. 7. 1. de act. n. 50.

Deinde probatur ex legē 4. ff. in quibus casū. pignus tacitū contrahatur, ubi observandū est; quod Rubrica sit de pignore tacito, & deinde huius una species referuntur in rebus illatis in predium urbanum, & negatur de illatis in predium rusticū. Eo Iure uimur, ut que in prædia urbana inducā illata sunt, pignori esse credantur, quasi id tacite conveniēt: in rusticis prædiis NB. contra observantur, Nempe quod tacita conventione non præsumatur, nec de luce tacita hypotheca constituitur, sed expressa conventione requiratur.

Probatur denique per argumentum à contrario sensu ex lege 7. eod. tit. ubi dicitur. In prædiis rusticis fructus, qui ibi nascentur, tacite intelligentur pignori esse Domino fundi locari, etiam si nominatio id non conveniret. Ergo in aliis rebus requiritur expressa conventione, ut sint oppignoratae. Et hinc reddi potest ratio, quare Iura voluerint tacitam hypothecam constitutre in illatis in predium urbanum, non item in illatis in predium rusticum, exceptis fructibus. Nam per fructū oppignorationem erat consulutum fatis Locatori. in prædiis urbanis nulli sunt fructus: ergo alia res erant oppignoratae. Neque refert, quod in eadem lege §. 1. subiectiā generalibus verbis, ea esse pignori, quæ illata sunt, ut toto tempore locationis ibi sunt. Nam hic §. vel loquuntur de prædiis urbanis, ut putat Harpprecht, vel (quod mihi verius est) loquitur de casu quo expressa hypotheca retum illatarum in genere constituta est, & sensu est, quod talis conventione non se extendat, nisi ad illa quæ illata sunt, ut stabiliter ibi essent.

576. Objicunt adversarii 1. Legem 3. ff. eodem, ubi de horreo (quod est rusticum) sic dicitur. [Si horreum suum conducedimus, vel diversorum, vel area, tacitam conventionem de inventis, illatis, etiam in his locis habere putat Neratius, quod verius est.] Ad hunc locum non uno modo responderi potest. Primum quidem sententiam nostram procedere de prædiis rusticis fructus fermentibus, & propter fructus inde capiendos conductus, cuiusmodi non est horreum, quod fructus non fert, sed alibi natos recipit: quare portius quoad effectus pignoris admetitur urbanus prædus ob rationem paulo ante allatum. Secundū, responderi potest, vocem Horreum esse æquivocam, & sive in luce significare locum, in quo merces venales & res quaque pretiosissime reponuntur & custodiuntur. L. 3. §. 2. ff. de off. pref. vigil. [Effractura sunt plerumque in insulis, NB. in horreisque ubi homines pretiosissimam partem fortunatarum stiarum reponunt, cum vel cella effringitur, vel armarium, vel arca.] Quid autem in hoc sensu?

sicut accipiat in luce s. objecta, patet ex adjunctis: diversorum, &c. que sunt urbanā.

Objicunt 2. Legem 3. C. h. t. recitatam sup. Contr. 19. ex qua, ut ibi vidimus, adversarii postulant claram colligunt, quod sufficiat scientia locatoris, ut censeantur res esse oppignoratae.

3. Ex toto contexta constat, non loqui legem de scientia mere speculativa, sed orio, qualem possunt etiam alii homines habere: sed de scientia practica, hoc est directiva voluntatis seu conventionis. Sic enim incipit lex: *Certi Iuris est, ea quæ voluntate Dominorum coloni in fundum conductum inducerint, pignoris Iure Dominis prædiorum teneri.* Deinde de prædiis urbanis negat hanc voluntatem requiri, & utitur verbo scientia. *Quando autem domus locatur, non est necessaria in rebus inducitis vel illatis scientia Domini. Certè non in aliis finem potest requiri voluntas Locatoris, quam ut habeat res sibi obligatas: si enim nolit habere obligatas, cum ejus voluntas requiriatur, ut inferunt?*

577. Quemadmodum Locatori prædiis rusticis datur prædicta actio Serviana, ita Locatori prædiis urbanis datur actio quasi Serviana, quæ est quasi generali hypothecaria competens cuivis Creditori ex quavis causa pignus hypothecarii habenti. §. 7. 1. de act. Quasi Serviana autem est, quæ Creditores pignora hypothecare persequuntur.

Hæ actions, Serviana, & Quasi Serviana sunt actiones Prætoriorum. Quodsi quæras, cur eas Prætor introduxerit, cum sufficienter actiones civiles: Respondeat Arnoldus Rath, questionem hanū a paucis hacenus, quorum recordatur, animadversum ī eam tamē reperio ad longum discussam, & ipsedē proprie verbis decisionem apud Harpprecht à n. 26. in dictum §. 7. 1. de act. adhuc distinctione duplicitis pignoris recte dissolvit: aliud namque ei pignis nudo patre constitutum, & propriæ hypothecâ dicitur, aliud quod traditione accedit, et effectum acceptum: in posteriori hoc pignoris genere non sicut opus actione prætoriorum, quoniam re traditâ negotium civile gestum est, ex quo resultavit contractus iure civili validus §. fin. Infl. Quib. modis re contr. oblig. Creditor quoque qui pignus accepit, re obligatus, quia & ipse de eare, quam accepit, restituenda tenet actionem pignoratitatis. Ratione vero prioris pignoris, quod inter terminis nudi patre consistit, de luce civili nulla actio est prodita, nec personalis, nec realis, cum de luce civili nullum ius realis solâ conventione absque traditione accedit, transferit. sed Prætor actionem Servianam & Quasi introduxit: et si enim ex pacto nudo, quod scilicet nec traditione, nec stipulatione est confirmatum, alias nulla nascatur actio, ne quidem iure Prætorio inspectio, multo minus ius realis transferatur, nihilominus Prætor pignus nudo pacto constitutum sustinet, & actionem Servianam, ac quasi Servianam à quibusdam potius dativam, quam nativam dici solitam,

solutam, ex Edicto suo ob necessitatem & utilitatem contrahentium id diversis ex causis posulantem, propriæ etiam proposuit, quod præter pactum pignoris obligatione quadam principaliter fundatum, faciliter fure prætorio sustineatur, quam aliud pactum nudum. Et hactenus quidem de actionibus, quæ Locatori adversus Conductorem, & etiam quemacunque alium posseferent, convenientem.

578. Conductori ut satis constat ex Iuribus supra adductis Contr. 17. ejusque hereditatibus actione conducti adversus Locatorem ad hoc principaliiter, ut re conducta utriusque præstet, aut interesse solvat. Item ad hoc, ut dominum locis necessarii reficiat, vel mercedem pro-

rata temporis remittat, quo non potest Conductor abdus commodè uti. Item ut dannum ex rei locatae vicio contracta refundat, cum limitatione explicata loco citato. Item, ut ob rei locata interitem, sterilitatem, aut aliam vim majorē, mercedem proportionaliter remittat, impenas solvat, &c. quæ omni in superioribus explicata sunt, cum ageretur de obligationibus, quæ inter Locatorem & Conductorem intercedunt, neque hæc sunt repetenda. Atque hoc de Contractu Locationis prout distinguitur ab Emphyteus, quæ est stricti Iuris, & ideo praecedente tract. ult. tractata fuit.

CAPVT V. DE SOCIETATIS CONTRACTU. CONTROVERSIA I.

Quid sit Contractus Societatis.

SUMMARIUM.

Definitio Contractus Societatis. 579.

Differentia Societatis ab aliis contractibus. 580.

An si societas vel locatio, si tradas gemmam ad habendam curam cum pacto ut pro cura perireat pars aliqua fractum. 581.

Declaratio Cardinals de Lugo per exemplum. 582. Quare in definitione addatur: Ultimum. 583.

E Hoc Contractu sunt tria. Digest. & Cod.

Profectio inscripti: Definitio solet hic contractus, quod sit Conventio duorum aut plurimum contributum di ad communem lucrum vel uitium, Explicatus alii, quod sit contractus Iuris generalium, nominatus, bona fidei, confessu initius, quo

duorum vel plurimum operæ vel res ad lucrum & damnum proportionaliter inter se communandum, ex honesta conventione conferuntur. In qua tamen definitione ponuntur aliqua, de quibus dubitatur an in contractum societatis

venire possint, nempe de observanda divisione etiam damni proportione, ut constabit ex dicendis.

Autem ultima verba videntur requirere

aequalē collationem, quæ tamen non est de substantia hujus contractus, ut apud omnes notum est, cum solo confessu perficiatur, quare melius ultima verba ponit Harpprecht: [solo

confessu] initius de rebus vel operis, vel utriusque,

comunionis habendæ animo, conferendis.] Qui etiam auctor post Treutlerum recte monet,

melius pro genere ponit Contractum quām conventionem (ut cum Duarenō aliquis pónit Molina & Lugo), quia Convenio est removus genus

quām esse contractum nominatum bonæ fidei solo confessu initium.

Quod sit contractus propriæ dictus, patet ex innumeris legibus, & ex illis quæ ad naturam contractus iuridice sumptu requiri diximus tract.

8. Cetera definitionis partes vel per se constant, vel in progressu declarabuntur.